



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Adnotationes || Et Meditationes || In Evangelia Qvae || In
Sacrosancto Mis-||sae Sacrificio || Toto Anno || Legvntvr;||**

Nadal, Gerónimo

Antuerpiæ, M. D. XCV.

Dominica III. post Epiphaniam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78158](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78158)

DOMINICA QUARTA POST⁵⁷

EPIPHANIAM.
Sedat procellam maris IESVS.

MATH. VIII. MARC. IIII. LVC. VIII. ANNO XXXI.

In xij. imaginem adnotatiuncula.

xiiij.
29.

- A. Capharnaum, unde IESVS nauim con-
- B. Regio Gerasenorum.
- C. Quatuor venti è suis sedibus erumpunt.
- D. Mare atroci tempestate agitatatur.

- E. Nautis impletur fluctibus, periclitantur.
- F. IESVS dormit in puppi.
- G. Discipuli perturbati excitant eum, petunt opem, consequitur tranquillitas.
- H. Alia naues idem passa.

EVANGELIUM MISSÆ.

MAR. IIII.

MATTH. VIII.

LVC. VIII.

Ascendente IESV in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius.

Factum est autē in una die-
rum; & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius:

Et ait illis in illa die cū
serd esset factum;
Transeamus
^b contra.

Et dimittētes turbā, as-
sumunt eum ita vt erant
in naui:
& alie naues erant cū
illo.

Et facta est procella ma-
gna vēti, & fluctus mis-
tebat in nauim,
ita vt impleteretur nauis.
Et erat ipse in puppi su-
per cernical dormiens:

& excitant eum, & di-
cunt illi;
Magister, non ad te
peruinet quia perimus?

Et exurgens commina-
tus est vento, & dixit
mari; tace, & omute sce.

Et cessauit ventus:

Et ecce motus magnus factus est
in mari, ita vt nauicula operire-
tur fluctibus; ipse vero dor-
miebat.

Et acceperunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes;

Domine, salua nos, perimus.

Et dicit eis IESVS; Quid timidi
estis, modicæ fidei?

Tunc surgens imperauit ventis
& mari;

Transfretemus trans
^b stagnum.
Et ascenderunt.

Et nauigantibus illis obdor-
muit.

Et descendit procella ven-
ti in stagnum, & complebā-
tur, & periclitabantur.

Accedentes autem

Preceptor, perimus.

At ille surgens increpauit
uentum & tempesta-
tem aqua,
& cessauit.

MAR-

& ait illis;
Quid timidi estis?
necdum habetis fidem?

& facta est tranquillitas magna.

Porro homines mirati sunt,

& facta est tranquillitas.
Dixit autem illis;
Vbi est fides vestra?
Quis timentes mirati sunt,
ad inuicem dicentes?

Et timuerunt timore
magno:

& dicebant ad alteru-
trum;

Quis putas est iste?
quia ventus

Dicentes;

Qualis est hic?

quia venti & mare obediunt ei.

Quis putas hic est?
quia & ventus & mari im-
perat, & obediunt ei.

ADNOTATIO.

A Capharnaum, vnde creditur nauim con-
scēdisse IESVS cum discipulis, vt trās-
mitteret in regionem Gerasenorum.

B. Regio Gerasenorum, in aduerso maris lit-
tore ad Orientem.

C. Quatuor venti à quatuor cardinibus cali
in mare seuientes.

D. Mare atroci tempestate iactatum, vnde
ingentes, horrida rerum facies.

E. Nauis non solum tempestate exagitur,
sed feruē fluctibus irruentibus impletur: omnia
in extremo periculo.

F. Discipuli cum non possent violentie ma-
ris obistere, nec clauum tenere gubernator, per-
terrefacti omnes IESVM excitant à somno, ac

Matt. 8. turbulenter exanimati clamant, alij; Domine,

Mar. 4. salua nos, perimus, alij; Magister, non est tibi cu-
Luc. 8. ra quid perimus? alij; Preceptor perimus. In-

gens metus & trepidatio expromebat animorū
sensus, & exponebat fidei imperfectionem, qua
laborabant magis quam metu. Nam in, Domine

salua nos, fides est: in perimus, fidei infirmitas.
Rursum in Magister, aliquid est fidei, non plena
fides vt que agnoscit solam doctrinam, non sa-
lutiē. Nō est tibi cura, prouidentia ladii: perimus,
diffidentia prodiit: denique, perimus, virūque.

G. IESVM cōsidera, prius quidē suauissimē
in puppi declinato capite in ceruical, vulgare
scilicet & nauticū puluinar, domientē: nisi velis

lionēū fuisse ceruical in puppi fabrefactum ex
Theophilactō & Euthymio: deinde placidissimē
oculos aperientē ad clamorem discipulorū: dein
surgentē, & discipulos è vestigio increpantem,
mari pro imperio minitantē, obiurgantē ventos
& mare; Tace, obmutesce. Ad hac verba IESV

vētus cessat, fluctus subsidit, mare cōponitur, fit
amenissima tranquillitas. Christus autē rursus
obiurgat discipulos. Initio quidē vsus est incre-
patione, vt illorum animos liberaret à metu, &
disponerētur ad miraculū excipiendū & intelli-
gendū: postea verò eo attinet obiurgatio, vt ani-
mo iā quieto intelligāt suā fidei infirmitatē, &
fidē confirmēt, ac parati sint ad alias animi per-
turbationes fidei perfectione, & animorū alacri-
tate in Christo super adas. Mirantur homines etiā
qui simul nauigabāt, præcipue verò Apostoli qui
vim miraculi sēserāt: quod planē significat Lu-
cas, qui vbi posuit Christi secūdā increpationē;
Vbi est fides vestra? timentes inquit, & timore
quidē magno, addit Marcus, mirati sunt. Rectē
timor hic magnus dicitur, quia timor erat pro-
fectus ex fidei perfectione, erat timor qui ad ex-
cellentem venerationem Christi, & sui abiectionē
spectabat. Fecerat enim magnitudo miraculi,
& efficacia reprehensionis Christi, vt in Dei ma-
iore cognitionē & Christi leuaretur, & se indi-
gnos planē reputaret qui cum tā maiestate es-
set. Successerat timoris perfectio imperfectioni.
Aliorū erat timor imperfectus, sed mirabantur
omnes; Apostoli tamen admiratione quadā lau-
dis & deuotionis. Suspensi enim potentie diuina
cōtemplatione, infinitatē eius laudabāt, que ca-
piū omnē humanū superabat: vnde sumā animi
pietate & deuotionē cōcipiebāt, at que exultatio-
nē in Christo. Quis putas hic est? Nos nō intelli-
gimus, credimus tantū; vnde nōnihil intelligen-
tia nobis aperitur: sed quæremus semper cui su-
ma admiratione, Quis est hic? Quin Angeli,
qui similes eius facti sunt, & vident eum sicuti
est, perpetuo dicunt? Quis est hic? & continēt
Dei

Dei magnitudine admiratur, quia nullus eius videt divinitatem quantum videri potest, hoc est plane infinite. Propterea de se Deus non capit admirationem, creatura omnis capit. Omnis creatura

semper dicit, Quis est hic? H. Alia navicula que simul navigabant, idem passæ atque illa Christi, eadem malicia & tranquillitate fruentes.

MEDITATIO.

AD Ecclesiam quidem, ad eius pastores, ad Christum permittentem tempestates Ecclesie & sedantem hæc referri possunt: sed nos ad nos applicemus. Sanat quidem nostram lepram, & nostram paralytim IESVS pro hac mortalitate; sed vult nos navigare, laborare, contendere per hoc mare in terram viventium: præfens quidem nobis est, sed nunquam aufert spiritus consolationem & sensibilem gratiam, quasi nobis obdormiat, vel nostra culpa, vel sua providentia in nos. Consolatione verò destituti facile tentamur & periclitamur. Quid igitur? agnoscamus

semper nostram infirmitatem, & periculum nobis semper impediens. Assuefcamus quoad poterimus continenter intimo sensu ad Christum clamare; Domine salua nos, perimus. Excitabit Christum humilis oratio, & nostri periculi viuida conscientia. Sedabitur tentationum tempestas, nostra anima in tranquillo navigabit, agnoscat suæ fidei & virtutum imbecillitatem, parabit se ad futuram tempestatem superandam.



DOMI-